

*tres predicatorēs ab arcium et sacre theologie professore, ecclesie quoque collegiate sancti stephani ibidem canonico Jodoco weiler de bailprunna, qui inter annos 1433—47. ter Rectoris Academici munere functus, a. 1457. vitam claustris, complectitur Scholastica in D. Matthaei Evangelium Commentaria hoc ingressu: Lecturus evangelium beati Mathei statui aliqua prenotanda. Evangelium grece latine interpretatur bonum nuncium &c. Praeloquium, in quo etiam Mohammedis circa Christum errores impugnantur, excipit Expositio Prologi Hieronymiani: Matheus ex iudea sicut in ordine primus &c. Demum Commentaria, sed non nisi in priora IV. Capita*

*II. fol. 53. sequitur Tabula questionum evangelij Mat. Textu cursorie exposito in Loca ejus praecipua differitur ex omni Theologia, et quidem e dictis IV. Capitibus usque ad fol. 245. p. 2. Deinceps vero e Capitibus etiam hoc Codice non expositis Quaestiones moventur, quae non raro in integros Tractatus abeunt.*

## CLXXIII.

U. 142 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 332. f. eodem modo scriptus, ab eodemque legatus Collegio ducali est aliud Exemplum Commentariorum in D. Matthaei Evangelium, sed usque ad C. XII. progrediens. Fol. 130. p. 2. ad calcem C. V. legitur: 1448. 14. nouembris. Fol. vero 325. habetur Registrum contentorum in ex-Denis Codd. Theol. V. II. P. I.

*positione euangelij S. Mathei, et quidem totius. In anteriore Theca notatur: Anno domini 1433. ultimum hujus temporis lacrimosi diem Venerabilis theologie professor, cujus ingenij excellentiam nullus reor excessit, Magister Nico. de dinklspeuechl feliciter, speramus, terminauit.*

## CLXXIV.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. U. 138 Folior. 327. f. ejusdem cum praecedente rationis Commentaria operosa et solida in Evangelium Matthaei a. C. XII. ad calcem perducit. Fol. 318. subjecta est brevis Historia Vitae Christi e IV. Evangelistis industrie conflata, quae incipit: In principio erat verbum &c. et finit: sedetque a dextris patris dei. Marc. ult. Luc. ult.

## CLXXV.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. U. 139 Folior. 328. f. ad praecedentem Jodoci Weiler de Heilbrunna Collectionem pertinens est Pars II. Quaestionum in Matthaeum, Parte I. jam superius relata. Etiam in hac Parte non proceditur ordine Capitum, et ex omni Theologia, maxime vero Morali, disputatur. Quaestio ultima est de Mendacio in illud C. V. 37. Sit autem sermo vester &c. Ad ejus calcem: 1448. in Die S. Bonifacii. A fol. 281. varia adjunguntur: Tractatus de Luxuria, brevis Institutio de examinandis pro sacro

tribunali Poenitentibus, Judicium *Gwilerini* (Guilelmi Philastrii) *Card. Presb. S. Marci a Martino V. Pont.* requisiti in favorem Ventionis et Redemptionis Censuum una cum *Bulla* ejusdem Pontificis data *Rome apud Sanctos Apostolos VI. Non. Julij Pontificatus a. VIII. (1425)* qua declaratur, *quod contractus burgenses vulgariter purckrecht* (ejusmodi Obligatio videlicet Bonorum) *nuncupati sint liciti.* Directa est ad *Archiep. Gneznensem*, et *Epp. Lubicens. et Olomuc.* Petitio vero mota dicitur a Clero, Nobilibus et Incolis *ciuitatis et dioc. Vratislauen.* Initium: *Regimini vniuersalis ecclesie quamvis immeriti &c.* Epistola affecta ad Pontificem et Praelatos de Cleri Reformatione, Quaestio: *Utrum aqua benedicta sit ad aliquam efficaciam spiritualem ab ecclesia instituta*, demum *Rubrica*, seu succincta Tractatio de *Sacramentis.* Quin ipsis Quaestionibus ad *fol. 152.* interjectus est *Joh. Gersonii Tractatus de Contractibus*, ut *Vol. I. P. 1. col. 230.*

## CLXXVI.

U. 140 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 335. f. est *Pars III. Quaestionum in Matthaeum*, ejusdem conditionis cum jam relatis. Prima enim ejus Quaestio rursus movetur in C. I. *An congruum fuerit virginem mariam futuram christi matrem viro desponsari?* et mox altera in C. XV. *Utrum occasione religionis sint pretermittenda pietatis officia in parentes?* Finit

in Quaestione: *Utrum lex evangelica sit usque in finem seculi duratura &c.* et totus hic Adparatus inter uberrimos censendus est, qui quidem in *Matthaeum* extant. A *fol. 278.* Codex variis Notis ex omni Theologia occupatur.

## CLXXVII.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. U. 73 Folior. 317. 4. currente calamo perscriptus est *Pars II. Expositionis Evangelii Matthaei in Viennensibus Scholis lectae*, a C. videlicet IX. usque ad finem.

II. succedit *fol. 288.* similis *Expositio Prophetiae Baruch*, cujus initium: *Diuino auxilio suffragante pro secundo meo cursu lecturus baruch secundum benignam ac paternam dispositionem Matris mee eximie facultatis scilicet theoloyce semper secunde habeo pro presenti recommendationem sacre videlicet pagine &c.* Autor nullibi proditur.

III. *fol. 313.* ipse Textus *Prophetiae* adscriptus est.

## CLXXVIII.

Codex membraneus lat. Sec. R. 3044 XIV. ineuntis Folior. 122. f. per duas columnas caractere crassiusculo exaratus, rubricis distinctus, et quondam *Monasterij S. Dorothee Wiennae*, cui, ut ad calcem legitur, *testatus est D. Johannes capellanus*, in folio praevio inscriptus est: *Incipiunt postille domini Alberti* (ab alio superpositum *magni*) *episcopi ymbriopolensis de ordine fratrum predicatorum.* Et alia manu: